

Unde igitur **potius** *incipiam* **quam** ab ea civitate (Messina)

quae tibi una in amore

— = Verbindung von potius

atque in deliciis *fuit*,

aut ex quo **potius** numero [incipiam]

insges.: logische Schlussfolgerung-

quam ex ipsis laudatoribus tuis?

a minore ad maius

Facilius enim *perspicietur*

qualis **apud** eos fueris

qui te *oderunt*,

qui *accusant*,

qui *persequuntur*,

— = Tricolon

cum **apud** **tuos** Mamertinos **inveniare** [von inveniaris]

improbissima ratione **esse praedatus**.

xxx= Ncl

C. Heius *est* Mamertinus [EW von Messana]-

omnes hoc mihi

qui Messanam *accesserunt* facile *concedunt*-

omnibus rebus illa in civitate ornatissimus.

Huius domus *est* vel optima Messanae,

— = Relativierung

notissima quidem certe

et nostris hominibus apertissima maximeque hospitalis.

Ea domus ante istius adventum ornata sic *fuit*

ut **urbi** quoque **esset ornamento**;

xxx= Dativus finalis

nam ipsa Messana,

xxx= Dativus eticus

quae situ moenibus portuque *ornata sit*,

ab his rebus

quibus iste *delectatur* sane vacua atque nuda *est*.

Erat apud Heium sacrarium



magna cum dignitate in aedibus

a maioribus traditum perantiquum,

in **quo** signa pulcherrima quattuor

summo artificio, **summa** nobilitate,

quae non modo istum hominem *ingeniosum et intelligentem*,


verum etiam quemvis nostrum,

quos **iste** idiotas *appellat*,


delectare *possent*,

unum Cupidinis [=Amor] marmoreum Praxiteli;

nimirum *didici* etiam,

dum in **istum** *inquiero*,

artificum nomina.


Idem, *opinor* [Dep.], artifex eiusdem modi Cupidinem *fecit* illum

qui *est* Thespiis,

propter **quem** Thespiae *visuntur*;

nam alia *visendi* [Gerundivum] causa nulla *est*.

Atque ille L. Mummius,

cum Thespiadas,

quae ad aedem Felicitatis *sunt*,

ceteraque profana ex illo oppido signa *tolleret*,

hunc marmoreum Cupidinem,

quod erat consecratus,

non *attigit*.